

munitati vel civitatibus vel opidis, cuiuscumque status vel preeminencie existant, concessas necnon statuta, usus, observancias et consuetudines . . . premissis vel eorum aliquo quomodolibet . . . cassamus ac eciam irrita . . . successores et ecclesiam Treverensem in premissis . . . vetitum censeatur.

(3) Et si penas . . . successoribus et ecclesie Treverensi concedimus per presentes huiusmodi . . . confirmamus.

(4) Item si fortassis . . . nostre imperialis plenitudine . . . adiecto.

(5) Volumus eciam, quod hec presens nostra pagina absque quacumque alia probacione facienda sit per se sufficiens ad probandum tam in iudiciis quam extra omnia et singula superius expressa quomodolibet et conscripta nec circa illa alicuius alterius probacionis adminiculum a quoquam necessario exigatur.

(6) Nulli ergo hominum penitus liceat . . . nostre * concessionis, approbacionis, ratificacionis, innovacionis, consensus, decreti, declarationis, inhibicionis, confirmacionis, cassacionis, irritacionis et penarum inflictionis paginam infringere vel ei quovis ausu temerario contraire. Si quis . . . presumpserit * indignacionem nostram et imperii * ac penam . . . puri * medietate fisco nostro et imperii reliqua vero parte dicti archiepiscopi successorum suorum et ecclesie Treverensis usibus applicanda, se * noverit incursum.

Signum serenissimi principis ac domini Karoli quarti Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi, Boemie regis. Testes huius rei sunt: venerabiles Gerlacus Moguntinensis, sacri imperii per Germaniam, Wilhelmus Coloniensis, sacri imperii per Italiam archicancellarii, ecclesiarum archiepiscopi, illustres Rupertus senior comes palatinus Reni, eiusdem imperii archidapifer et dux Bavarie, Lodowicus dictus Romanus marchio Brandenburgensis et Lusacie, archicamerarius, Rodulfus Saxonie dux, archimarescallus, eiusdem imperii et principes electores, Rupertus iunior comes palatinus Reni et dux Bavarie, Bolko Falkenbergensis, Bolko Opulensis et Iohannes Opavie duces ac spectabiles Iohannes Nürenburgensis, Bukardus (!) Madeburgensis (!), magister curie imperialis, burggravi et alii quam plures nostri et imperii principes et fideles. Presencium sub bulla aurea typario nostre maiestatis impressa testimonio litterarum. Datum Nürenberg anno domini millesimo ·CCC^o ·L ·sexto, indictione ·IX^a ·, nonis Ianuarii, regnorum nostrorum anno decimo imperii vero primo. Ego Iohannes dei gracia Luthomuschlensis episcopus, sacre imperialis aule cancellarius, vice reverendissimi in Christo